

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere z
cum fonte primo

Publici decoris mater est mens regentis
et quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum.
Facilius est quippe, si dicere fas est,
errare naturam quam dissimilem princeps possit formare rem publicam.

Publici enim decoris mater est mens regentis
et quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum.
Facilius est quippe, si dicere fas est,
errare naturam quam dissimilem sui princeps possit formare rem publicam.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.12.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed.,
p.106, ll.3-7).

Is enim potest alios bene regere qui se studuit sub decore tractare.

Is enim potest alios bene regere, qui se studuit sub decore tractare.

Cassiodorus libro III. epistolarum.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 3.13.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed.,
p.107, ll.5-7).